

νεύντες διελθόντες ἀναγκάζουσι τὰς ἐπισημαίους. ὡς περ  
 ἔξανδρα προσίζοντες αὐτὰς ἐκ τῆς περὶ τῆς παρ-  
 ῥησίας, id est, finite liberæ artis opera li-  
 bera esse. Qui verò mercedem capiunt,  
 ijs scientias seruire cogunt, veluti capti-  
 uas facientes ipsas ex priore libertate.

An ergo immeritò Isocrates Athenien- *Plutarch. in*  
 sis Rhetor, stipem à discipulis lacrymās *vita Isocra-*  
 accepit, quòd artem liberalem ob cor- *tis.*

poris necessitatē veluti prostituere co-  
 geretur? quandoquidem precium, non  
 tantum velamentum est artis, sed & de-  
 honestamentum. Iam si his ex aduerso  
 ponamus Mechanica, quicunq; ea vel  
 sui oblectandi, vel alterius iuuādi caus-  
 sa exercuerit, an' non, quæ prius videbā-  
 tur illiberalia esse, in liberalia permuta-  
 uerit? Manibus proprijs D. Apostolus, *Actor. 20.*

in medio apostolatus sui occupatissimo *vers. 34.*  
 decursu, victum sibi parauit: nec tamen  
 ipsum quisquam illiberalem artem ex-  
 ercuisse dicere iure potest: quando non  
 lucri cupidine, sed victus necessitate in  
 vsum quinetiam aliorum, ne ijs onero-  
 sus esset, id fecisse legitur. Superiùs plu-  
 rium meminimus, qui varia tractauère:  
 quæ si illiberalia fuissent, quo pacto in

Q 5 ho-